



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Historia Scholastica Magistri Petri comestoris sacre
scripture seriem breuem nimis [et] obscuram elucidans**

Petrus <Comestor>

Argentine, 1503

VD16 P 1829

De pena blasphemii ca. xxviii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30892

Leuitici

terdos euangelicus quidie ministrat: assiduaz debet habere mundicia. Addidit quoque doctus de solentatibus legalibus. Sed quia numerus diffinitur, et nos ibidem de illis persequemur. Prima die septembris festum tubarum vel clangoris

Septem festa iudei habuerunt Sabbatum neomentam pentecoste, pascha, festum tubarum, festum promissionis scenophagiam.

pro liberatōe isaac: quod cereorum dicitur. Decima die eiusdem mensis festum promissionis, quod cum fecissent vitulum: orante moysi promissus est eis deus. Unde die festum scenophagie, quod est fictio tabernaculorum, quod est festum patris. Cum enim patri ascribatur potentia: magna fuit potentia dei quod vestes eorum non sunt attrite per, xl, annos, sed habet modo alia festa phurium, sortium, quod fors in contrarium cecidit, ut in Heister legitur, quod se occisuros occiderunt. Encenia tria, id est, dedicatōes. In autumno quod fecit salomō. In vere quod zorobabel, alijque reuersi de babilone. In hyeme quod fecerunt machabei, de quod in euangelio. Facta sunt encenia in hierusalem et hyems erat.

De pena blasphemii.

Capitulum, XXXVIII.

Ece autem egres-

sus filius mulieris israelitis quem pepererat de viro egyptio, surrogatus cum viro israelita blasphemauit nomen dei israel maledicens ei, quem moyses reclusit in carcerem donec super hoc consulisset dominum, qui ait ad moysen Qui maledixerit deo suo: omnes qui audierint ponent manus suas super caput eius: quasi contra ipsum testificantes, et eductum extra castra omnis multitudo lapidabit eum, siue ciuis sit aut aduena.

De talione legis date.

Capitulum, XXXIX.

Abintulit quo-

que dominus de talione, ut qui lederet hominem in eundem modum lederet qui leserat eum, scilicet ut redderet animam pro anima, oculum pro oculo, dentem pro dente, fracturam pro fractura, luum pro luum, adustionem pro adustione. Nota: quod talio non erat in iniurijs rerum: sed in lesione tantum corporum, quia furta restituebant in duplum vel quadruplum, Determinabaturque ta-

lio per necessitatem, ut ledens mulier virum in virilibus: puniebatur manu, quod virilia non habet, et vir ledens mulierem pregnantem: faceret abortiuum nondum animatum: mulctabatur pecunia. Incertum est autem virum talio extendere usque ad iudicem, vel circa iniuriam tantum haberet locum. Quod vero iniuriatus sine iudice posset vel cisci: forte inde haberi potest quod ad ciuitates reus fugi fugiebat homicida non volens: ne interficeret a primis occisi.

De obseruatione iubilaei anni.

Capitulum, XXX.

Dedit etiam do-

minus de obseruatione iubilaei, quod se primam septimanam hebdomadae annorum sequebatur, ad cuius praesignationem septem annis praecedentibus ut tradunt quidam: in singulis neomenijs clangebant tubis, et vii diebus tantum nisi annum solennizabant clangentes tubis. In libro tantum Numeri legitur quod clangeret tubis vii mense, id est, die, in vniuersa terra. In hoc anno omnes distractiones reus ad praesentios redibant possessores, propter domos quae erant in urbibus muras, quod si primo anno venditoris venditori redime re licebat, exceptis domibus leuitarum, quae in quocumque essent loco in iubilaeo redibant. Eodem anno quiescebat terra et debita, eodem anno seruus liberi dimittebatur. Nam licet essent contra iubes: tantum voluit eos dominus seruitij scemate castigare, propter transgressiones legum. Iosephus dicit, quod in iubilaeo couentebat venditor agrum, et emptor: et reputates fructus et expensas in agrum factas: fructibus exuberasse copertis venditor recipiebat agrum, si vero expense transcederent: hoc quod de erat recipiebat emptor, et a possessione discedebat. Hac tantum computatione fieri licuit infra annum iubilaeum, nedum in ipso si venditor plus vellet reuocare quod vendidit. Littera leuitici videtur velle quod iuxta numerum annorum usque ad iubilaeum maiori minori venditor iubebat agrum vendi ne venditor quare si modum venderet, et plurimi anni superessent usque ad recipere quod vendiderat, et ne grauaret emptor, si multo emerit quod in primo amissurus erat. Determinata quoque fructuum reputatione et expensarum infra iubilaeum addit, quod si venditor quod superit expensarum reddere non poterit: habeat emptor agrum usque ad iubilaeum. In ipso enim omnis venditor redibat ad praesentios possessorem, Terram autem sic voluit dominus vendi ab